



Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 448. De Oddonis traditione mansi in Hamersleve intra pagum
Norththuringi nec non de comitia Sehusen atque iudicio Goscaph.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

§. 448.

Tradidit oddo clericus pro matre sua symod (i) in hamersleue mansum et I familiam. et quidquid ad eam pertinet.

et gubernante Corbeiam Walho-ne.

§. 449.

reperiuntur in der gründlichen *Geschlechts-Historie des hochadelichen Hauses der Herren von Munchhausen* p. 104 seq. In eodem libro p. 129 documentum litterarum inuenitur, in quo fit indicium, dynastiam Artzen esse sitam ad vnum milliare ab vrbe Hameloa, eamque conterminam fuisse marca dictæ Snellen. Quemadmodum igitur hæc marca nomen suum accepisse videtur ante annum 1521, et a villa nostra denominata videtur; ita quoque patet e documento litterario quodam, quod in codice diplomatico monasterii Amelungesbornensis legitur, ad annum 1298 scripto, Arnoldus de Embere eiusque vxorem Mechtildem donasse monasterio Amelungesbornensi curiam in villa Snelse, quam donationem confirmans Adolfus atque Albertus fratres et comites de Swalenberge consentientibus fratre suo preposito Gunthero et ecclesie Magdeburgensis canonico et sororibus suis scilicet Conegunde abbatissa in Valckenhagen, Ermengarde abbatissa in Herisia, et Mechtilde abbatissa in Molenbeke, nec non Jutta uxore Adolphi et filiis Gunthero et Henrico, ac filiabus Sophia, Jutta et Conegunde, porro Jutta uxore Alberti et liberis Henrico, Gunthero, Alberto, Lutgarde et Jutta, quam curiam cum IV mansis Arnoldus de Embere eiusque vxor Mechtilde tenuerant in feudo a comitibus predictis. Porro ratam haber anno 1309 Albertus comes iunior Alberti comitis de Swalenberge filius venditionem IV mansorum ad curiam dictam borgbof in villa Snelse pertinentium recepta aliqua pecunia summa a canobio Amelungesbornensi, addideruntque sigilla Guntherus Paderbornensis electus et confirmatus patruus eius, presentibus Alberto Alberto junioris patre, Gunthero ecclesiæ Mindensis thesaurario ac Henrico comite fratribus Alberto junioris, nec non Reinholto de Vornholte, Iohanne de Elvordeffen milites, Conrado de Oldenborg famulo, fratre Iohanne de Wiebecke cellarario et fratre Iohanne de Riuo monachis in Amelungesborne, testantibus litteris in eodem codice diplomatico reperiundis. Quibus e documentis apparet, comites Sualenbergenses aliquid iuris possedisse in villa Snelse. Quam libenter itaque Helmwardum, qui ecclesiæ Corbeiensi bona quedam tradidit ad Snelsem villam sita, inter progenitores Sualenbergenses comitum referre vellemus, tam illibenter perspicimus, illud aliqua veritatis specie firmari non posse. Helmwardus scilicet in domo Widikindea non deprehendimus, quos potius deprehendimus in familia dynastiarum de Artzen cognominatorum, quos e familia comitum de Euerstein descendisse, supra per conjecturam augurati sumus, qui cum eruditissimis viris statuimus, familias illustres nomina progenitorum suorum libenter et crebro inter se retinuisse. Poterunt ergo Sualenbergenses comites bona, ad Snelsem posita, acquirere per feminas, e stirpe Euersteinensium comitum ortas. Cognitione enim eos inter se fuisse coniunctos, diplomata comprobant, neque id negari potest.

(i) Villam Hamersleue fuisse in pago Northhuringi sitam, docuit nos abbas Saracho in De villa præstantissimo Registro. Pagum Northhuringi in aliqua diccesis Halbersta-Hamersdensis parte extitisse, iam supra vidimus. Cum ergo in principatu Halbersta-leue in densis inter Helmstadium atque Halberstadium, vrbes, vno miliari ab oppido Schöningam inueniamus locum quendam Hamersleben dictum, statuendum esse omnino arbitramur, eundem locum designari. In vico Hamersleben, duo miliaria sito ab Halberstadio vrbe, nunc monasterium exstat monachorum ordinis D. Augustini, fundatum conditumque in honorem S. Paneratii a Thietburge nobili matrona eiusque filia Machtilda, testibus litteris ad annum 1112 reperiundis in Lunigs Reichs-Archiv Spic. Ecl. P. II. im Anhang p. 25. Hanc Machtildam Fridericus Luca im Grafen-Satal p. 1108. nominat vxorem Friderici I, comitis palatin de Sommerschenburg, fabricatus e nomine matris nomen familie, dum Machtildam appellat natam dominam de Theberg. Tradit idem, adhuc in ecclesia Hamerslebensi apparere epitaphium eiusdem Machtilda de Theberg. Est autem hæc villa Hamersleue primum probe discernen-

Ab anno
1010 us-
que 1014
regnante
Heinri-
co II.

da a monasterio *Hadmersleben* intra eundem principatum Halberstadensem ob-
vio, atque vnum milliare sitio a nostro cenobio Groninga, quod monasterium
hodie vulgus appellat *Homersleben* vel *Humersleben*. Ab hoc loco se quondam
nobiles quondam domini appellarunt de *Hadmersleue*, quos membranae nostræ
inter nobiles clientes abbatiæ Corbeiensis referunt. De his exponendum in
Clientela Corbeiensi pluribus. Reperitur vero in eodem loco *Hadmersleben* mo-
nasterium virginum sacrarum O. S. Benedicti, fundatum in honorem S. Petri
apostoli sanctique Stephani anno 961 ab Halberstadensi episcopo Bernhardo.
In eo ad annum 1727 Abbatis Margaretha Blumen, cognata nostra, virginis
bus præterat, et, quantum scimus, adhuc anno 1749 præst. Deinde distin-
guenda est villa *Hamersleben* ab *Hamersleben*, sita in præfectura Hörensleben,
quam S. Waltherus in *Sing. Magdeb.* p. V, p. 102, inter desolatas villas Saxo-
niae nostræ recenset. Hæc probabilissime est eadem, qua anno 1178 in litteris
Odalrici episcopi Halberstadensis appellatur *Lutken Hamersleue*, reperiun-
dis in *I. G. Leuckfeldii Antiq. Michaeli* p. 37. Notatu porro dignum esse cen-
sum, villam *Hamersleue* referri ad comitiam Schusnam, testante diplomate
episcopi Halberstadensis *Vorladi* in S. Waltheri *Sing. Magd.* p. III. p. 54. En-
verba quæ hue faciunt: *Cum debitorum onera nimium cum arctarent, comitiam in Sehusen domino Rudolpho archiepiscopo Magdeburgensi et ecclesia sua liberam et non infedatam vendidit pro IV millibus et D. marcis cum omni iure et attinen- tiss suis, sicut ipsam temuit et habuit multis annis, excepto eo quod vulgariter Goslap vocatur in villis subnotatis, Ostenleue, Beckendorp, Hornhusen magnum, Eme- ringe, antiquam villam, Oscherleue, Wegerleue, Anderleue, Brandesleue, Neindorp, Hamersleue, quas subesse voluit aduocatio sua in Oscherleue pleno iure, ita ut ne nomine comitie in his villis aliquid attemetur.* E quibus appetat, comitiam *Sehusen* non paruum fuisse comitatum. *Goslap* fortassis legendum est *Goscap* seu *Graefscap*. De hoc iudicio *Goscap* pluribus eruditissimus D. Grupe in *Discept. Iorense*, p. 1072, seqq. ad quod annotare volupe est, in diplo-
mate Roberti abbatis Corbeiensis ad annum 1326, ad quod idem provocat p. 1076, et cuius autographum in nostris manibus est, non legi *Grafstab*, sed *Gravscap*. Nuge ergo sunt, quicquid secretaris Bierbuche auctor *Deductionis iurum et Grauaminum Huxariensium* profert, contendens, ciuitati Huxariae fuisse ius quoddam speciale, dictum *Goslap* seu *das Grasgerichte*, quod abbas ven-
diderit consulibus Huxariensis ira, ut redimere potuerit: *Grafstab* enim et *Gravscap* toto celo differunt. Sed mirum non est, hominem, prauis affecti-
bus indulgentem, diplomata adulterasse, et maluisse, omnia perdi, quam sua de
praua mente desistere, vii causa Huxariensis ostendit, cuius fax et tuba ille Bier-
buchsius fuit, quoque ex hoc diploma aliam faciem induit, quam quæ
haec tenus cognita est. Ut lector benevolus ipse de hoc momento iudicare
queat, diploma memoratum, æri incisum, dabimus, quod est huius moduli:

Dei gratia Nos Roppertus abbas prior præpositus camerarius Totus-
que conuentus ecclesie Corbyensis Vniuersis hoc scriptum intuenti-
bus seu audientibus notum facimus quod dilectis nostris consulibus et
uniuersitatii ciuitatis Huxarie si aliquis quicunque hic esset vellet emere
iudicium in Huxaria quod vulgari nomine *eyn Graufcap* appellatur
contra voluntatem eorum et in dampnum ad assitendum ipsis astrixi
erimus et debemus esse ac firmiter contra illum emporem apud eos
permanere. Si vero quispiam propter predictum iudicium ipsos at-
temptaret dissimilem incusare seu infestare, contra illum ipsis volumus
et non minus arbitriarum validum adiutorium prestare et iuuamen nec
non eosdem per placitare tenebimus proloqui fideliter et tueri. Pre-
terea debemus permittere et ad hoc efficaci subsidio iuuare quod sepe-
dicti nostri consules et communitas debent per omnia in memorato
iudicio eorum iure antiquo in uiolabiliter vti et gaudere. In premissorum
evidens testimonium nos Roppertus abbas iam dictus duximus
nostrum sigillum vna cum sigillo nostri conuentus antediicti presentibus
apponendum. Datum in vigilia nativitatis beati Johannis Baptiste
anno domini millesimo C.C.C. XXVI.

Vt

ad pag. 690.

Deo gratia Nos Bonitus Abbas - prior - Fonsius - Emeritus - Domus etate
carthus - Corbigenus - fratres monachos suos - ad dominum colendo patrum - nos - Nostros - nostri - monachos
ab aliis - omnesque omnesque fratres - fratres
fratres - fratres
fratres - fratres
fratres - fratres
fratres - fratres
fratres - fratres
fratres - fratres
fratres - fratres
fratres - fratres
fratres - fratres
fratres - fratres



